HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 18v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



nominari. Superiorum igitur intelligentia huiusscemodi mu-
sice disciplinam proprietas sic diffiniri seu describi potest. Pro-
prietas est essentialis seu accidentalis vocum in acuto vel
graui ordinatarum acceptio, quam ipsa variata proprietate
variantur. Predicta proprietatis declaratio ex parte na-
turae quam essentialis est diffinitio est. Ex parte autem b. mol-
lis et b. quadri quam accidentalis est descriptio est. Licet
in huiusmodi declarationibus et infrascriptis, in tertia diffinitio-
nem et descriptionem differentiam non ponamus:

De proprietatum variatione:

Quoniam ex diapente et diatesson, Diapason dici-
mus consurgere consonantiam, et ex perfecta diapa-
son tonorum perfectionem constitui ut infra dicetur: Cumque abs-
que proprietatum variationem id fieri nequeat, quia est
unica sola proprietas ad perfectionem diapason non atti-
git. Oportet proprietates predictas ad invicem vari-
ari. Ex quarum variatione per arsim Autenticorum to-
norum perfectio invenitur, Et plagalium per thesim perfectio-
nis ordo mostratur. Existentibus quoque proprietatibus tribus
pro ipsarum habenda notitia notitiam, Cuilibet unica
est littera assignata. Nam proprietati naturae data
est littera C. b. molli. F. et b. quadro. G. Quibus vocum